

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prelacio ce cum uariis

Tres sunt species negligencium prelatorum: quidam qui bene uiuunt et subiectos male uiuere permittunt, quidam qui male uiuunt et subiectos bene uiuere cogunt, quidam qui male uiuunt et subiectos male uiuere uolunt. Qui bene uiuunt et subiectos male uiuere permittunt exemplo quippe precedunt; sed quia corrigendo errantes non increpant, delinquunt. Licet enim bene uiuant, necesse tamen est ut de grege sibi commisso, Domino gregis rationem reddant. Illi uero qui male uiuunt et subiectos bene uiuere cogunt, errantes reuocant sed rectos et fortes occidunt; reuocant uerbis, occidunt exemplis. De tercia specie non oportet facere mencionem.

Hugo ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

permittunt quidam qui] qui *om.* (*cor. in marg.*) M; quippe] quidem P V¹ V² L¹ L²; gregis] regis M; reddant] reddud (*cor. infra*) B; Hugo *om.* L²